



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Cyriaco largo [et] smaragdo martyribus. Cap[itulum]. xxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

hilarianū ⁊ donatum. Et primo quidē hilaria-
num in ciuitate ostia detentum fustibus cesum
martyrem christi fecit: vt supra in eius passione
actum est. xvij. kalē. augusti. Desude donatum
in ciuitate aretina detentū: cum sacrificare nol-
let ⁊ deos blasphemaret: fustit cum lapidibus
ore contundit: ⁊ deinde in custodia retrudit: vbi
dum egrozum multitudo ad eum accedens a di-
uersis languoribus sanaretur: fustit illum qua-
dractianus in eadem custodia capite truncari:
corpus a christianis in eadem ciuitate tumula-
tum est. viij. idus augusti.

De sancto Donato episcopo et
confessore. Cap. xxxiij.



Donat⁹ epi

scopus apud ciuita-
tē epi⁹ veteris qui
tempore theodosij
impatoris iunioris mltis ibi
dem miraculis clarebat. In
quodam loco nomine bisauria
erat fons aque adeo infectus:
vt quicūq; de illo biberet pros-
tinus moreret. Ad quē locum
sanctus vir cum clero et populo pcessionaliter
accessit: vt oratione aquā sanaret. Et diuēcus
asimulo fonti appropinquaret: celo nubib; tene-
brato: ⁊ fulgurib; ac tonitruis erūpetibus: di-
co terribilis ide erupit: ⁊ pedes asini cauda in-
uolvens contra donatū se erexit: quem ille leu-
iter baculi percutiens: vl' vt alibi legitur in os
eius expuens continuo interfecit. Quem octo
boū paria vix traxerunt ad ignem. Oravit autē
vir sanctus ad dominū: ⁊ omne venenū a fonte
fugauit. Misso quoq; puero cum situla aquam
haustam bibit: ⁊ ossibus ad bibendū saluberrī
mam exinde concessit. Alis etiā dū ipse cū so-
cijs siti vgeret: sua oratione fontē de terra p-
duxit. Et filia theodosij impatoris a demo-
ne vexaret: ⁊ patre adhuc gentile ad singula sa-
crificia deorū duceretur: ⁊ nullo modo liberari
posset. Imperator audicēs de virtutibus sancti
ipsum ad se accessit: et vt narā suam libe-
raret instāter rogauit. Qui demonē interroga-
uit vnde illuc venisset. Illeq; de heremo se ve-
nisse repōdit: quem sanctus dei ad locū ipsum
redire coegit: demūq; vniuersam domū concu-
tens euauit. Sicq; impatorē cum vxore et
filia ⁊ vniuersa familia ad christum conuertit.
Cum quidā mortuus efferretur: adueniens
creditor chirographū prorulit: dicēs sibi debe-
ri solidos duccētos: ⁊ supra legem imperiale nō
permittēbat eū sepeliri. Quod cum vxor eius
donato cū lachrymis idicasset: asserēs q; homo
ille pecuniā totaliter recepisset: assurgens ho-
mo dei ad locum iuit: et manū defuncti tenens
coram oib; excitauit: atq; vt creditor i satisfi-
ceret iussit. Qui residēs in p̄terito ipm de so-

lutione debiti cōiuit: ⁊ chirographū manu sc-
dit: atq; subēte sancto iterū obdormiuit. Et ū-
fere tribus annis nō pluisset ⁊ sterilitas magna
esset: infideles ad impatorē conuētes petētes
sibi tradi donatū: qui per artē magicam hoc fe-
cisset. Ad impatoris ergo instāciam sanctus
egressus dominum exorauit: ⁊ statim pluuia co-
piofa descendit: ceteriq; infusis ab imbre ipse
leuib; indur: ⁊ siccis vestibus domum rediit.
Et sic omnē ciuitatem constantinopolitanā ad
fidem cōuertit. Post hec ab impatore in-
petrauit imunitatē loci vbi ipse fontē sanauerat:
Ibiq; iuxta ciuitatē lusioniā ecclesiā p̄struxit:
⁊ clarus virtutibus in pace quieuit. viij. idus au-
gusti. Corpusq; eius post multos annos a vene-
ris inde sublatum: positum est in ecclesia beate
Marie de muriano sub episcopatu torcellen.
vbi ⁊ signis mirabilibus fulget.

De sanctis Cyriaco largo ⁊ smaragdo
martyribus. Cap. xxxv.



Cyracus:

largus ⁊ smarag-
d⁹ martyres ro-
me passi sūt sub
maximiano ipatore. Hic cy-
riacus a sancto marcello pa-
pa diaconus ordinatus ē. Et ū-
aūt maximian⁹ impator the-
mas edificaret nomine diocle-
tiani: ⁊ xpianos plurimos dā-
nasset ad fodiendā arenā. Inter ceteros dedu-
cti sunt ad ministeriū predictum sancti mar-
tyres cyriacus ⁊ sifinn⁹: qui nō solū suas: s; etiā
alienas sarcinas dei auxilio portabāt. Nā cum
ibi esset sanct⁹ saturnin⁹ senex: qui ex senectute
arenā ferre nō poterat: sifinnius ⁊ cyriacus
ad portandū tuuabāt: vt dictū est supra in pas-
sione marcelli pape. xvij. kalē. februarij. Quod
cū audisset maximian⁹ impator saturninum et
sifinniū ac cyriaciū in carcere detineri fecit. Et
sifinniū quidē ac saturninū p diuersa supplicia
interemit: vt supra actū est in passione eorū. iij.
kalen. decēbris. Cyriacusq; cū duobus socijs
largo ⁊ smaragdo in carcere detet⁹ est p annos
tres: donec edificatis t̄mris diocletian⁹ re-
diit de partibus aphyce. Post dies autē pau-
cos filia diocletiani noie artemia cepit a demo-
no vexari: clamāte demone p os e⁹ q; nisi cyri-
acus ventret: ide nūq; discederet. Qua de re cy-
riac⁹ cū socijs de custodia educt⁹ est: ⁊ ad filiā
impatoris adduct⁹. Cū demō dicebat: vt si ip-
s ex puella exire veller: vas aliqd sibi daret i q; in-
traret. Et cū cyriac⁹ se ipm offerret: demō dice-
bat: q; in vas suū intrare nō poterat: q; vndiq;
signatū erat. Adiditq; cōminās: q; si inde ipm
eijceret i p̄idē illū ventre faceret. Et cū coact⁹
ex puella exisset: artemia clamauit: q; deū que-
rēdicat cyriac⁹ videret. Quā sc̄tis cyriacus cū

De sanctis in mēse augusti occurrētibus Fo. clxxxvii.

matre serena ad xpm conuerit et baptizauit. Eui diocletianus iuxta palatium suum domum concessit: ut ibidem cum socijs securus in xpianitate maneret. Post modicum tempus venit legatio a sa- poze rege persarum ad diocletianum: ut cyriacum ad se mitteret: quia filia eius iobia nomine a dia- bolo uocabatur. Ad preces ergo diocletiani cy- riacus cum socijs nauis impositis necessarios in- babyloniam letus iussit. Et cum ad puellam perue- nisset in xpi nomine immundum spiritum ab ea eiecit: clamante demone per os eius quod nomen xpi terri- bile ipsum coartabat exire. Et sic sanata puellam cum parentibus et cognatione numero. ccccxx. cyriacus baptizauit. Et cum multa sibi munera essent oblata recipere noluit: sed .xlv. diebus ibidem in pane et aqua ieiunans tandem roma reuer- sus est: et a diocletiano gratanter exceptus. Quo post duos menses defuncto. Maximianus eius filius successit. Qui iratus de sorore sua arte- mia: cyriacum comprehendit: et nudum ac carpentis li- gatum ante redam suam trahi fecit: ad exilium xpianorum. Deinde ipse carpathiuario cum socijs tradit- punctum. Qui pice reliquata super capita ipsorum iussit perfundi: deinde diebus .liij. in carcere fa- me macerari. Post hec cyriacum ductum et sacrifici- care nolente iussit in catasta extrahi: et sacrifici- care ac fustibus cedi. Et cum in his oibus gra- tias ageret: iussu maximiani ductus est uia sala- ria intra thermas salustij: et ibidem decollatus est cum socijs suis largo et smarago: et alij xpianis- pmissi numero .xxi. Quorum omnium cor- pora iohannes presbyter in eodem loco sepeliuit. Sanctum quoque cyriacum cum largo et smarago per se- posuit: sub die .xvii. kalen. aprilis: post aliquot menses corpa ipsorum sanctorum a sancto marcello papa et lucina matrona inde lenata sunt et trans- lata in uia ostij miliario ab urbe octauo. vi. id. augusti: quo die prefatus pontifex ipsorum festum recolendum ordinauit. Et carpathius autem cum domum cyriaci impetrasset: et ad derisionem xpianorum in loco: ubi baptizabar: se balneari: et ludis sce- niscis ac epulis cum .xij. socijs sepius vacaret: oes subito die quadam mortui sunt. Et extrinseca- so balneo gentiles xpianos venerari ceperunt.

De sancto Genaro episcopo viennensi. Cap. xxxvi.



Genarus

episcopus viennensis. natione indus- sime xpi feru- entissimus: causa predicandi laboriosissime ad prefatam urbem ueniens: in gentem paga- norum multitudinem uerbo et mi- raraculis ad fidem xpi conuertit: ubi episcopus a populo constitutus: post laudabilem vitam inibi in pace quiescit. vi. idus augusti: conditus in ba- silica sancti stephani signis clarus.

De sancto Hormisda papa et confessore. Cap. xxxvii.



Hormisda

papa natione ca- panus de ciuitate freslon ex pa- tre iusto: symma-

cho pape in pontificatu roma- no successit: et sedit annos .ix. dies .xvii. hic clerum compos- suit: et psalmos canendos ordi- nauit. Cum autem anas-

tafius imperator in heresim eutychanam cor- ruisset: duas in christo naturas denegans. Hor- misda papa direxit eundem episcopum tices- nensem. aliosque cum eo constantinopolim legatos: quatenus anastasium imperatorem et acacium patriarcham ei complere si resipiscerent: ad ec- clesie gremium reducerent: sin autem anathemas te ligarent: qui non solum eorum salubria mo- nita spreuit: sed etiam graui contumelia illos expulit: nauisque fragili impositos mandauit: ne usquam ad aliquam grecie ciuitatem accederent. Quam eius impiam temeritatem uirio di- uina secuta est. Nam .xxvii. eius imperij anno fulminis ictu percussus interijt: moxque omnes grecos ad catholicam ueritatem redeuntis hor- misda papa reconciliauit. Hic postquam multas elemosynas pauperibus erogasset: necnon plu- ribus basilicis diuersa ornamenta contulisset: apud sanctum petrum trabem argenteam mille et xl. librarum relinquens ibidem sepultus requiescit: dormiuit autem in dno. vi. idus augusti.

De sancto Hormisda martyre. Cap. xxxviii.



Hormisda martyr

apud persas passus est sub re- ge ipsius provincie saurore: qui nobilissimus fuit ex patre pres- fecto persarum: quem dum rex saurore christianum agnosceret: iussit ut nudus camelos exercere traberet. Quod dum multis diebus patienter fecisset: ille cum ex alto sole adustum conspicens: veste linea ptes- rate motus ipsum operuit: deinde ei: ut nega- ret christum: blandiri cepit. At sanctus illico con- cissam vestem deposuit: moxque ipsum rex indus- gnatus gladio necari mandauit.

De translatione sancti Quirici episcopi. Cap. xxxix.



Translatio corporis san- cti Quirici episcopi

Quirici episcopi et martyris apud anconam. vi. idus augusti celebratur: quo uidelicet die ipsius beati mar- tyris corpus sanctissimum de hierosolyma ad ipsam ciuitatem delatum multis claris signis atque miraculis digna ueneratione reconditum est: ut habetur in martyrologio.